

85  
193  
Consecr,  
P.

84  
192  
Nobilissime et Clarissime Domine, <sup>me</sup> Obs.

Quae inter nobilissimam et clarissimam dominationem uestram, ac auunculum meum Erycium mutua fouetur amicitia, audacem me reddi, ut qui ex Italia huc ueni, Venonam iturus domus emortuarie causa, prius ad eam sed literis huc excurram, modestus fortassis ob graues occupationes futurus, dum salui itineris literas peto, quibus ut hactenus, modicum illud itineris sine periculo finiam, et postea iidem in conuicinis locis liberè proficiscar, cum multa mihi indaganda et inspicienda erunt, qua foris non intus diuersis in locis et territorijs indagari, et inspicere debent. Hoc autem quia Italiam recogito, ut cito fiat, nobilissima et clarissima Dñis Vestrae summa faciet humanitas, qua defunctus parens meus aliquando exhilaratus fuit, filius non desitatur. Sed necessum duco statum uitae meae et conditionem adiungere; sacerdotalis ille est, hactenus quidem Venonae non exercitatus, imposterum tamen exercitandus, si sistere contingeret; cum ibi Parochialis ecclesiae capitularis sim, ob familia Puteanca ius patronatus in me ut propinquiore collatum. Beneficium magnum erit, quia eius adimiculo patria tandem post duorum mensium itinere ac quinquenni absentiam, restituar, Louani, in Arce, vi Kal. Febr. D. MDC. XXXIX.

Nobilis<sup>ma</sup> et Clariss<sup>ma</sup> Dñionis. V<sup>ra</sup>

Omni obsequio deuotus famulus  
Leonardus Ingenradus Puteanus  
S. M. D. 157.

Constantino Huygens.

